Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

LXI. De clericis per creaturas iurantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

Visual Library

LXI.

ANNO CHRISTI 398. Clericum per creaturas iurantem, acerrime obiurgandum. Si perſtiterit in vitio, excommunicandum. 22. qu. 1. Clericum per crea.

LXII.

Clericum inter epulas cantantem, ſupradictæ ſententiæ ſeueritate coercendum. Ibidem.

LXIII.

Clericum, qui tempore ieiunii abſque ineuitabili neceſſitate ieiunium rumpit, minorem habendum.

LXIV.

[k] Qui Dominico die ſtudioſe ieiunat, non credatur catholicus. 26. qu. 7. Sacerdos pœniten.

LXV.

Paſchæ ſolennitas vno die & tempore celebranda. De conſecr. diſt. 3. Paſchæ ſo.

LXVI.

Clericus, qui epiſcopi circa ſe diſtrictionem iniuſtam putat, recurrat ad Synodum. 11. q. 3. Cle. qui.

LXVII.

Seditionarios nunquam ordinandos clericos, ſicut nec vſurarios, nec iniuriarum ſuarum vltores. Diſt. 46. Sed.

LXVIII.

Ex pœnitentibus (quamuis ſit bonus) clericus non ordinetur. Si per ignorantiam epiſcopi factum fuerit, deponatur a clero, quia ſe ordinationis tempore non prodidit fuiſſe pœnitentem. Si autem ſciens epiſcopus ordinauerit talem, etiam ab epiſcopatus ſui ordinandi dumtaxat poteſtate priuetur. Diſt. 50. Ex pœniten.